

iam tunc indicatum quod in sabbato ipsorum gratia  
dei de celo ad eos nulla descenderit, sed in nostra dos-  
minica, in qua primum dominus eam pluit.

### DE FESTIVITATIBVS SANCTORVM. ca. xlivi.

Estatutes aplorum siue in honorem martyrum  
solennitates, antiqui patres in uenerationis mysterio celebrare sanxerunt, uel ad excitandam imitacionem, uel ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adiuuemur. ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsis deo martyrum, quamvis in memorias martyrum constituuamus altaria. Quis enim antistitius in locis sanctorum corpora assistens altari aliquem dixit, offerens tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offeret, deo offeret, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit, quod ex ipsorum amore maior affectus exurgat ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari possimus, et in illo quo adiuuante possimus. Colius ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo et in hac uita colunt sancti hoies dei, quorum cor ad tales per euangelica ueritate passionem paratum esse sentius, sed illos tanto deuotius, quanto seculius post icerata oia supata, quanto etiam fidetiori laude predicamus, iam in vita feliciori uictores, quos in ista ad hucusque pugnantes. At uero illo cultu qui grece λατρεια, latraria dicit, latine uno uerbo dici non potest, cum propter sit quodam diuinitate debita seruitus, nec colius, nec colendum docens, nisi unum deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat blatio sacrificij, unde idolatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent, nullomodo aliquid tale offerens, aut offerendus precipimus, vel cuique martyri, vel cuique sancte anime, uel cuique angelo, & quisquis in hunc errorum dilabitur, corripiatur per sanam doctrinam, siue ut corrigitur, siue ut caueatur, dum etiam ipsis sancti uel homines, uel angelii exhiberi sibi nolint, quod unius deo debet norit. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba cum cōmoti miraculis, que per eos

l. 11

facta sunt Licaonii, tanq; diis immolare uoluerūt. Conscissis enī uestimentis suis, cōfitentes & persuadentes se deos nō esse, ista sibi ueterūt. Apparuit & in angelis sicut et in apocalipsi legitimus, angelum se adorare phibentem ac dicente adoratori suo. Conseruus turus sum & fratrū tuorū, deum adora. Recte itaq; scribis homini ab angelo phibitū esse adorare se, sed unū deum sub quo ei esset & ille cōseruus. Nō ergo sit nobis ille diuinus religionis cultus in angelos, aut martyres, quia nō sic habent ut tales querant honores ut deus, quia nec ipsi uolunt se colī pro deo, sed illū a nobis colī uolunt, quo illumināte letātur. Honorādi ergo sunt martyres propter imitationem, non adorandi propter religionē, honorandi charitate, non seruitute. Notandum uero qd Felicis papa romanus, xxvij, post sanctū Petrum legitur cōstituisse supra memorias martyrū missas celebrari. Attamen beatus Gregorius papa, lxvi, romanę urbē, cōstituit supra corpus missas celebrari. Dicunt quēdā festiuitates natalicia et merito. Quomō enim consuete nasci dicitur, cū quis de utero matris pcedens, hanc in lucē egreditur, it, rectissime, potest natus dici, quia vinculis carnis solutus, ad lucem sublimatur ēternā. & inde mos obtinuit ecclesiasticus, ut dies beatorū martyrum, siue confessorū christi qbus de seculo transieūt, natales uocitem us, eorūq; solēnia, non funebria, sed natalicia dicantur.

**DE SACRIFICIIS** pro defunctis offerēdis ca. xluii.  
Acrificiū p defunctorū fidelium requie offerre,  
s uel p eis orare, quia per totū orbē hoc custoditē credimus, quod ab ipsis apostolis traditum sit, hoc enī ubiq; catholica tenet ecclesia, que nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorū spissibus vel elemosinā faceret, uel sacrificiū offerret, Nā & cū dicit, qui peccauerit in spiritū sanctū, nō remittet